

DE INCARNATIONE CONTRA APOLLINARIUM<sup>1</sup>

- PG  
26, 1097 Lib. I, 4. Ἄλλὰ λέγετε, ὅτι ἄκτιστος γέγονε τῇ ἐνώσει τῇ πρὸς τὸν ἄκτιστον. Ἐντεῦθεν δὲ ὑμῶν ἡ πλάνη δειχθήσεται αὐτέλεγκτος· ἡ γὰρ τῆς σαρκὸς ἐνώσις πρὸς τὴν τοῦ Λόγου θεότητα ἐκ μήτρας γέγονεν· ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὴν ἀνεστήσατο ὁ Λόγος, ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας· οὐ προὔπαρξασαν τῆς τοῦ Λόγου ἐπιδημίας, ἢ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, μόνης ἐκ τοῦ Ἀδάμ καταγομένης, καὶ ἐκ τοῦ Ἀβραάμ καὶ ἐκ τοῦ Δαβὶδ γενεαλογουμένης, σὺν τῷ Ἰωσήφ τῷ μεμνηστευμένῳ αὐτὴν, ὄντων ἑκατέρων εἰς σάρκα μίαν, καθὼς γέγραπται, οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους συναφείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἑνὸς ὑπάρξει· ὅτι γὰρ ἀθιγεῖς διέμειναν, μεμαρτύρηται. Γεννᾶται οὖν ὁ Χριστὸς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, τὸν Ἰωσήφ πατέρα καλῶν, ταυτὸν τῇ Μαρίᾳ τυγχάνοντα τοῦ Δαβίδ.
- PG  
26, 1108 9. [...] Καὶ γὰρ καὶ ὁμοούσιον τὴν σάρκα τῆς θεότητος λέγειν ἐπιχειρεῖτε, οὐ συνορῶντες διπλὴν ὑμῖν γενομένην τὴν ἀπάντησιν τῆς ἀσεβείας. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἐπινενόηται λέγειν, ἵνα ἢ τὴν σάρκα ἀρνήσησθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημήσητε, λέγοντες, φησὶν· Ἡμεῖς τὸν ἐκ Μαρίας λέγομεν ὁμοού-

- PG  
26, 1098 Lib. I, 4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit eum increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere ostendetur. Nam carnis cum Verbi divinitate coniunctio ex utero facta est; inde enim ipsi Verbum cum e coelo advenisset originem dedit, quippe quae non erat antequam Verbum adveniret, aut ante Deiparam Mariam, cuius solius origo ex Adamo, et genus ex Abraham et Davide ortum<sup>2</sup> narratur, et una sponsi sui Ioseph, qui erant duo in carne una, sicut scriptum est,<sup>3</sup> non mutua inter se copulatione, sed quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati remanserint, testatum est. Nascitur ergo Christus in Bethleem Iudaeae,<sup>4</sup> Iosephque patrem suum vocat, qui eandem quam Maria ex Davide originem ducebat.
- PG  
26, 1107 9. [...] Etenim carnem divinitati consubstantialiam dicere audetis, non advertentes in duplicem vos incidisse impietatem. Idcirco enim in hanc sententiam animum appulistis, ut vel carnem negetis, vel in Deitatem blasphemetis, dicentes: Certe nos eum qui ex Maria

<sup>1</sup> Exstat inter *apocrypha* S. Athanasii. Al attribuit lib. I *Didymo* et lib. II *Ambrosio*, eius discipulo (cf. Al 280); Lau attribuit op. discipulis *Athanasii*, ca 380 (cf. Lau 158).

<sup>2</sup> Matth. I, 1.

<sup>3</sup> Gen. II, 24.

<sup>4</sup> Matth. II, 1.

σιον τοῦ Πατρὸς. Αὕτη δὲ ὑμῶν ἡ νομιζομένη εὐφημία δειχθήσεται ἢ περιέργως ἢ ἀνόητος. Ἐπεὶ τίς τῶν πιστῶν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ὅτι ὁ ἐπιδημήσας Θεὸς Λόγος, καὶ ἐκ Παρθένου τῆς ἀγίας Μαρίας προσελθὼν ἄνθρωπος, ὁμοούσιος ὦν τοῦ Πατρὸς, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ γέγονεν ἄνθρωπος, οὗ καὶ υἱὸς ἀναγέγραπται, καὶ ὅτι ὁ ὁμοούσιος τοῦ Θεοῦ Λόγος γέγονε κατὰ σάρκα υἱὸς τοῦ Δαβίδ; Διὸ καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ προφῆται καὶ ἀποστολοὶ καὶ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσι τὸν Χριστὸν τὸ κατὰ σάρκα. Πῶς οὖν ταῦτα λέγοντες οὐκ ἐρυθριᾶτε, τὴν σάρκα, τὴν ἐκ σπέρματος Δαβίδ γενεαλογομένην, ὁμοούσιον τοῦ Λόγου ἀποφαινόμενοι;

2058

12. [...] Εἰ δὲ ὁμοούσιος τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ καὶ συναΐδιος, ἐκ τούτου ἐρεῖτε καὶ τὰ πάντα κτίσματα συναΐδια τῷ τὰ πάντα κτίσαντι Θεῷ. Καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοί, οἱ τοιαύταις συμπλεκόμενοι στραγγαλιαῖς; Τὸ γὰρ ὁμοούσιον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνεπίδεκτον θανάτου, πρὸς τὸ ὁμοούσιον ἔνωσιν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἐπιδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· καθ' ὑπόστασιν δὲ τὴν ἰδίαν τελειότητα ἐκδεικνύμενον. Ὡστε τῇ νομιζομένη ὑμῶν εὐφήμῳ ἐφευρέσει, ἢ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου σάρκα ἀρνεῖσθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημεῖτε.

PG  
26, 1113

2059

13. Διὸ οὐ δεῖ τὸν εὐσεβοῦντα τοιαύταις χρῆσθαι ἐπινοίαις· ἀλλ' ὅτι ὁ

PG  
26, 1116

natus est, consubstantialem Patri dicimus. Porro haec vestra, quam praeclaram existimatis, loquendi ratio, aut superflua, aut stulta comprobabitur. Etenim quis e fidelibus non confiteatur Deum Verbum, qui advenit, et ex sancta Virgine Maria homo prodiit, Patrique consubstantialis est, ex semine Abrahae, cuius filius recensetur, hominem esse factum: aut Verbum, Deo consubstantiale, secundum carnem filium David factum esse? Ideo prophetae, apostoli, et evangelistae Christum ex semine David secundum carnem ortum duxisse narrant. Quomodo igitur, cum haec dicatis, non erubescitis carnem quae ex semine \* David orta narratur, consubstantialem Patri asseverare?

\*1110

2058

12. [...] Quod si Verbo consubstantialis est caro, et coaeterna; iam hinc dicetis omnes creaturas omnium creatori Deo coaeternas esse. At qui, quaeso, adhuc Christiani eritis, qui talibus vos laqueis implicatis? Nam quod consubstantiale, impassibile, et mortis incapax est, unionem cum consubstantiali non admittit secundum hypostasim, sed secundum naturam; porro secundum hypostasim, propriam perfectionem exhibet. Itaque per religiosum, ut aestimatis, vestrum commentum, aut carnem ex Virgine et Deipara assumptam negatis, aut in deitatem blasphematis.

PG  
26, 1114

2059

13. Quamobrem nefas est pium hominem huiusmodi verborum

PG  
26, 1115

πρὸ τῶν αἰώνων ὁμοούσιος ὢν Λόγος τῷ Πατρὶ, ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς ἀγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου τὴν τοῦ Ἀδάμ πλάσιν καὶ ποίησιν καινὴν ἀνεστήσατο, ἰδιοποιησάμενος καθ' ἑνωσιν· καὶ οὕτως ὤφθη ἄνθρωπος ὁ Χριστός, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

\*1128

\* 20. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε· Ἡμεῖς Θεὸν λέγομεν τὸν ἐκ Μαρίας. Πῶς τοίνυν λέγετε, ὡς Μαρκίων, Θεὸν ἐπιδημήσαντα, καὶ Θεὸν ἀθιγῶς προσεληλυθότα, φύσιν ἔχοντα ἀνεπίδεκτον σαρκὸς ἀνθρωπίνης; Ἡ πῶς λέγετε Θεόν, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς; τοῦτο γὰρ τῆς ἐκείνου ἀσθεθείας τὸ πρόσχημα, Θεὸν ὁμολογεῖν τὸν ἐκ Μαρίας, πρὸ αἰώνων μὲν προορισθέντα, ἐκ δὲ Μαρίας τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐσχηκότα. Λόγον δὲ ἐνεργῆ ἕξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, πλεῖον παρ' ὑμᾶς χαριζόμενος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθεσίαν· ὡσπερ ὑμεῖς λέγετε νοῦν ἐπουράνιον ἐν σώματι ἐμψύχῳ. Οὔτε δὲ σῶμα ἐμψυχον ἤδη ἄνθρωπος τέλειος, οὔτε νοῦς ἐπουράνιος ἤδη Θεός. Σῶμα γὰρ ἐμψυχον λέγεται, ἐφ' ᾧ ἐνυποστάτως τὸ τῆς ψυχῆς φέρεται ὄνομα. Σῶμα δὲ ἀνθρώπου σῶμα λέγεται, καὶ οὐ ψυχῆ· καὶ ψυχῆ ἀνθρώπου λέγεται, καὶ οὐ σῶμα, ἕτερον πρὸς ἕτερον ὄν, τουτέστι πνεῦμα πρὸς σῶμα. «Τίς δέ, φησίν, ἔγνω νοῦν Κυρίου;» Νοῦς Κυρίου οὐπω Κύριος, ἀλλὰ Κυρίου θέλησις, ἡ βουλή,

commentis uti: sed dicendum est Verbum quod ante saecula consubstantialiale est Patri, in extremis temporibus, ex sancta et Deipara Virgine, Adae plasma et opificium novum restituisse, cum illud sibi per unionem proprium effecit: atque ita visus est homo Christus, qui ante saecula Deus erat.

\*1127

\* 20. Sed rursus dicitis: Nos Deum dicimus eum qui ex Maria natus est; cur itaque dicitis, veluti Marcion, Deum advenisse, ac Deum intactili modo accessisse, quod naturam habeat carnis humanae non capacem? Aut cur Deum illum dicitis sicuti Paulus Samosatensis? Ea enim est illius impietatis ratio, ut Deum confiteatur eum qui ex Maria natus est, qui ante saecula quidem praefinitus sit: qui tamen ex Maria initium existendi habuerit. Verbum autem efficax e coelo, et sapientiam in illo confitetur (ac plus quam vos, illi per suam impietatem attribuit) ut vos dicitis mentem coelestem in corpore animato. Verum nec corpus animatum eo ipso homo perfectus est: neque mens coelestis, eo ipso Deus est. Nam corpus animatum dicitur, in quantum nomen animae per modum subsistentis in illo exprimitur. Corpus autem hominis, corpus dicitur et non anima: et anima hominis, anima dicitur et non corpus: alterum ad alterum, id est spiritus ad corpus. *Quis autem, ait Scriptura, novit mentem Domini?*<sup>1</sup> Mens Domini, nondum Dominus; sed Domini voluntas, consilium,

<sup>1</sup> Rom. XI, 34.

ἡ ἐνέργεια πρὸς τι. Πῶς οὖν ταῦτα λαλεῖν ἐπινοεῖτε, πλαστοῖς λόγοις καταπλεύοντες τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ; Ἄλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία οὔτε οὕτω παρείληφεν, οὔτε οὕτω παρέδωκεν· ἀλλά, καθὼς γέγραπται, τὸν Θεὸν καὶ Λόγον, τὸν ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν πρὸ αἰώνων, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπιδημήσαντα, καὶ ἐξ ἀγίας Παρθένου, καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου γεννηθέντα Υἱὸν ἀνθρώπου, ὡς γέγραπται· «Ἔως οὗ ἔτεκε τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· ἵνα γένηται πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, αὐτὸς ὢν Θεὸς ἀληθινός· ἵνα καὶ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ λυτρώσῃται ἡμᾶς ἐκ πάθους καὶ θανάτου, ὡς Θεός.

2060

Lib. II, 5. Εἶπατε τοίνυν, πῶς λέγετε Θεὸν ἐκ Ναζαρετ γενενηθῆσθαι, τῆς θεότητος ὡς ἀρχὴν γενέσεως ἀπαγγέλλοντες κατὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἡ τῆς σαρκὸς \* τὴν γέννησιν ἀρνούμενοι κατὰ Μαρκίωνα καὶ τοὺς ἄλλους αἰρετικούς, οὐ τῷ εὐαγγελικῷ στοιχοῦντες ὄρω, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖν θέλοντες; Διὰ τοῦτο γὰρ λέγετε Θεὸν γενενηθῆσθαι ἐκ Παρθένου, καὶ οὐχὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ὄρον· ἵνα μήποτε, γέννησιν σαρκὸς ὁμολογήσαντες, φυσικὴν αὐτὴν εἶπητε, ἐπαληθεύοντες τῷ λόγῳ· ἀλλὰ Θεὸν γεννηθέντα, ἴδιαν δὲ σάρκα δεῖξαντα ὡς ἐν δοκῆσει. Οὐ γὰρ ἀρχὴν γεννήσεως ἐκ Ναζαρετ ὁ Θεὸς ἐπιδείκνυται· ἀλλ' ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώ-

PG  
26, 1137

\*1140

aut efficacia ad aliquid. Quo igitur animo haec profertis verba, verbisque commentitiis Verbum Dei adulteratis? Atqui Dei Ecclesia, neque ita accepit, neque ita tradidit; sed, ut scriptum est, Deum Verbum qui erat apud Deum ante saecula in consummatione saeculorum advenisse: ac ex Maria Virgine, et ex Spiritu sancto genitum esse Filium hominis, ut scriptum est, *Donec peperit Filium suum primogenitum*:<sup>1</sup> ut fieret primogenitus in multis fratribus, cum tamen Deus verus esset: ut et quatenus homo pro nobis pateretur, et quatenus Deus, ex morte et passione nos redimeret.

2060

Lib. II, 5. Respondete igitur, qua ratione dicitis Deum ex Nazaret factum fuisse, deitatisque initium existendi iuxta Paulum Samosatensem ascribitis; aut \* carnis generationem negatis, iuxta Marcionem et alios haereticos; nec in statutis evangelicis inceditis, sed vultis ex propria loqui sententia? Ideo enim dicitis, Deum ex Virgine natum esse, ac non Deum et hominem, iuxta evangelicam definitionem: ne si carnis generationem confiteamini, ipsam naturalem admittere cogamini, qua sane in re vere diceretis; sed Deum genitum affirmatis, qui propriam carnem specie tantum exhibuerit. Non enim Deus initium nascendi ex Nazaret sortitus est: sed qui

PG  
26, 1138

\*1139

<sup>1</sup> Matth, I, 25.

νων Λόγος Θεὸς ἐκ Ναζαρετ ἄνθρωπος ὤφθη, γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται· πάντα λαβὼν ἐκ Παρθένου, ὅσα ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς εἰς σύστασιν ἀνθρώπου ἐπλασε καὶ ἐποίησε χωρὶς ἁμαρτίας· ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· «Καθ' ὁμοιότητα κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας», οὐ τῆς θεότητος μεταποίησιν ἐπιδειξάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος καινοποίησιν ἐργασάμενος, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα· ὥστε εἶναι τὰ ἔθνη «σύσσωμα, καὶ συμμετόχα» τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος γράφει· ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ἦ Θεὸς ἀληθῶς, καὶ ὁ Θεὸς ἦ ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἵνα ἦ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς καὶ Θεὸς ἀληθῶς· οὐχὶ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, ὡς ἡμεῖς συκοφαντοῦντες λέγετε, διασύροντες τὸ τῶν Χριστιανῶν μυστήριον· ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐδοκῆσαντος τῷ πληρώματι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν τοῦ ἀρχετύπου πλάσιν ἀνθρώπου, καὶ ποίησιν καινὴν, ἐκ μήτρας Παρθένου ἀναστήσασθαι ἑαυτῷ, φυσικῇ γεννήσει καὶ ἀλύτῳ ἐνώσει· ἵνα τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτήριον πραγματεῖαν ποιήσῃται, ἐν πάθει καὶ θανάτῳ καὶ ἀναστάσει τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενος.

---

existit ante saecula Verbum Deus, ex Nazaret homo visus est: natus ex Maria Virgine, et Spiritu sancto, in Bethlehem Iudaeae, ex semine David, Abrahæ et Adæ uti scriptum est: omniaque assumpsit ex Virgine, quaecumque ab initio Deus ad constitutionem hominis efformavit et condidit, excepto peccato. Ut Apostolus quoque ait: *pro similitudine per omnia, praeter peccatum*:<sup>1</sup> nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem arbitrio suo effecit; quo gentes Christo *concorporales et comparticipes*<sup>2</sup> fierent, quemadmodum scribit Apostolus: utque homo revera Deus, et Deus revera homo foret: essetque ille vere homo, et vere Deus: non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes, Christianorumque mysterio obtrectantes dicitis: sed quod Deo unigenito placuerit, plenitudine suae divinitatis archetypi hominis naturam, novumque opificium, ex utero Virginis in seipso per naturalem generationem, et indissolubilem unionem restaurare; ut et pro hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte et resurrectione, hominum redemptionem absolveret.

<sup>1</sup> Hebr. IV, 15.

<sup>2</sup> Ephes. III, 6.

● PG 26, 1136, 1145, 1152.

DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS IV<sup>1</sup>

- 2061 2. Ὁρθ. [...] Θεός, βουληθεὶς ὀφθῆναι, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα τὸ δυνάμενον ὀφθῆναι· καὶ βουληθεὶς παθεῖν, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα ἔμψυχον τὸ δυνάμενον παθεῖν ἔκουσίως, οὐ πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε κατ' ἀρετὴν ἐνώθεν· οὔτε ἐξ ἀνθρώπου ἀπλῶς τῆς Μαρίας, ἀλλὰ πρότερον αὐτῆς ἀγιασθείσης, καὶ τότε ἐξ αὐτῆς μετασχόντος τοῦ Θεοῦ Λόγου τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ ἐνώσαντος ἑαυτῷ κατ' οἰκονομίαν ἔμψυχον σῶμα, ὡς εἶναι ἓνα τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. PG 28, 1252
3. Ἀπολλ. Δύο οὖν τέλεια. Ὁρθ. Δύο οὐσιῶν τελείων ἔνωσις. Ἀπολλ. Δύο τελείων ἐν τέλειον οὐ γίνεται. Ὁρθ. Παρ' ἀνθρώποις ἴσως ἀδύνατον γενέσθαι, παρὰ δὲ Θεῷ δυνατόν. Ἀπολλ. Πῶς; Ὁρθ. Ὡς τὸ Παρθένον γεννῆσαι, ὡς τὸ θυρῶν κεκλεισμένων σῶμα παχυμερές εἰσελθεῖν, ἐκ σαρκῶν καὶ ὀστέων συμπαγόν, ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ θαλάσσης. Ὡς γὰρ ταῦτα δυνατὰ παρὰ Θεῷ, κάκεινο. Ἀπολλ. Ἄνθρωπον οὖν ἐγέννησεν Μαρία; Ὁρθ. Ψιλόν, οὐ· ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Πρῶτον γὰρ ὁ Κύριος μετ' αὐτῆς θεϊκῶς, καὶ τότε ἐξ αὐτῆς οἰκονομικῶς παιδίον· διὸ καὶ Θεοτόκος ἢ Μαρία. 1253
- 
- 2061 2. *Orthodoxus* [...] Deus cum vellet conspici, univit sibi corpus quod conspici posset: et pati volens, univit sibi corpus animatum quod sponte pati posset, neque quod quidem prius exstiterit, postea vero virtute unitum fuerit: neque simpliciter ex homine Maria, sed ipsa prius sanctificata, ut Deus Verbum desumptam ex ea humanitatem, tum demum participans, et sibi ipsi per oeconomiam uniens corpus animatum, unus et idem esset Deus et homo. PG 28, 1251
3. *Apollinarista*. Duo sunt igitur perfecta. *Orth.* Imo duarum perfectarum substantiarum unitio. *Apoll.* Ex duobus perfectis unum perfectum non efficitur. *Orth.* Apud homines fortassis id fieri non potest, sed apud Deum fieri potest. *Apoll.* Quomodo? *Orth.* Ut quod Virgo genuerit, ut quod ianuis clausis corpus solidum, et ex carnibus et ossibus compactum, introierit, ut quod supra mare ambularit. Nam ut haec possibilia apud Deum, ita et illud. *Apoll.* Hominem igitur genuit Maria? *Orth.* Nudum et dumtaxat hominem, nequaquam, sed Deum, hominem factum. Primum enim Dominus fuit cum ea divine, et tum demum infantulus ex ea oeconomice: quamobrem etiam Deipara est Maria. 1254

<sup>1</sup> Dialogus iste, et subsequens, qui exstant inter spuria *S. Athanasii*, a viris doctis tribuuntur *Didymo* (Günthör, Stolz), vel *Maximo Conf.*, *Diodoro Tars.*, aut *Theodoreto Cyren.*, vel *Apollin. Laod.* Cf. Qua II, 34, 91.

PG  
28, 1256  
\*1257

5. [...] Ὁρθ. Ἀλλὰ ὁ ὢν πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς Λόγος, βουλευθεὶς ἐνανθροπῆσαι, \* ἠγίασεν τὴν Παρθένον, καὶ ἤνωσεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς σῶμα, οὐ πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε ἐνώσας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ὑπάρξει ἐνώσας.

5.\* [...] Ἀπολλ. Θεὸς ἦν ὁ Λόγος ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας; Ὁρθ. Ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας, τὸ ἐκ ταύτης ὃν τῆς οὐσίας, οὐκ ἦν Θεὸς οὐσιωδῶς, ἀλλὰ ἐνώσεως οἰκονομία. Ἀπολλ. Καὶ πῶς « Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου », λέγεται; Ὁρθ. Ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὢν Θεὸς Λόγος, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς, ἔλαβε μορφήν δούλου, καὶ σχήματι εὐρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, καρπὸς τῆς κοιλίας αὐτῆς εὐρέθη. Ἀπολλ. Συνῆπται οὖν ὁ Λόγος τῷ ἐνωθέντι σώματι ἐξ αὐτῆς, ὡς ζῶον; Ὁρθ. Ὡς ζῶον οὐ γέγραπται, ἀλλ' ὡς ἐν ναῷ ζῶντι.

1260

6. Ἀπολλ. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ γεγεννημένος ἐκ Μαρίας; Ὁρθ. Μόνον ἄνθρωπος, οὐ. Ἀπολλ. Ἀλλὰ καὶ τί; Ὁρθ. Ἀλλὰ καὶ Θεός· ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μόνον σὰρξ Ἰσαὰκ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Ἀβραάμ, οὐδὲ ἄλλος τις τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου γεγέννηται ἕκαστος ἡμῶν, οὐ γεννωμένης ψυχῆς λογικῆς ἐκ ψυχῆς λογικῆς· καίτοιγε τοῦ ἀνθρώπου ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος συγκειμένου· οὕτω Θεὸν λέγω τὸν ἐκ Μαρίας γεγεννημένον, ψυχῇ καὶ σώματι ἐνωθέντα. Καθάπερ γὰρ ἐνωθεῖσα

2062

PG  
28, 1258

5. [...] *Orth.* Deus Verbum, quod erat ante saecula, cum vellet fieri homo, sanctificavit Virginem, et corpus ex ea sibi univit, non quod prius exstiterit, et tum demum univerit, sed in ipsa existentia uniens.

5.\* [...] *Apoll.* At nonne Deus erat Verbum qui genitus est ex Maria? *Orth.* Qui genitus est ex Maria, quantum ad id attinet, quod ex eadem est substantia atque Maria, non erat Deus substantialiter, sed oeconomia unitiois. *Apoll.* Quomodo igitur dicitur: *Benedictus fructus ventris tui?*<sup>1</sup> *Orth.* Quoniam Deus Verbum quod est ex Patris substantia, formam servi accepit, et habitu inventum ut homo, fructus etiam esse ventris ipsius compertum est. *Apoll.* Coniunctumne est igitur Verbum unito corpori ex Maria desumpto, sicut animal? *Orth.* Non scriptum est, sicut animal, sed, ut in templo vivo.

1259

6. *Apoll.* Homo igitur non est, qui ex Maria genitus est? *Orth.* Solummodo quidem homo, nequaquam. *Apoll.* Sed quidnam praeterea? *Orth.* Sed etiam Deus. Sicut enim Isaac genitus ex Abrahamo, nec alius quisquam hominum, est caro dumtaxat sed unusquisque nostrum genitus est homo ex homine, non quod anima rationalis alteram animam rationalem genuerit; quamvis homo sit ex anima rationali et corpore compositus; ita illum, qui ex Maria genitus est, appello Deum, animae videlicet et corpori unitum. Quemadmodum enim si anima corpori unita fuerit, gignitur

2062

<sup>1</sup> Lc. I, 42.

ψυχὴ σώματι, γεννᾶται ἄνθρωπος διὰ γυναικός, οὕτως ἐνωθεὶς Θεὸς Λόγος ψυχῇ καὶ σώματι, ἐγεννήθη Θεὸς καὶ ἄνθρωπος διὰ γυναικός. Ἀπολλ. Καίτοιγε « ἐκ γυναικός » γέγραπται. Ὁρθ. Ἐκ γυναικός κατὰ σάρκα, διὰ τῆς γυναικός κατὰ πνεῦμα. Ἀπολλ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, τίς ἐστίν; ὁ Λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; Ὁρθ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτός ἐστιν « ὁ ταπεινώσας ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν », καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δουλικῇ μορφῇ παραδοθεὶς. Ἀπολλ. Οὐχ ὁ γεννηθεὶς οὖν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦς, ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς δι' αὐτῆς Λόγος, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐταπεινώσας μέχρι θανάτου. Ὁρθ. Μὴ δίαίρει τὴν ἅπαξ ἐνωθεῖσαν ἕνωσιν. Εἶπον γάρ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἴδιος Υἱός, ὁ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα, καὶ δι' αὐτῆς κατὰ πνεῦμα.

## DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS V

2063

6. Ἀπολλ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων προϋπάρχει τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ· Χριστὸς δὲ προϋπάρχει τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος, εἰ μὴ κατὰ σάρκα. Ὁρθ. Χριστὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα οὐ προϋπάρχει τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα πρεσβυτέρων αὐτοῦ· προϋπάρχει δὲ κατὰ τὴν θεότητα οὐ τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν αἰώνων, Θεὸς ὢν αὐτῶν. Οὐκ ἄρα Χριστὸς κατὰ σάρκα πρὸ τῆς Μαρίας. Πῶς

PG  
28, 1268

homo per mulierem, ita Deus Verbum, ubi unitum est animae et corpori genitus est Deus et homo per mulierem. *Apoll.* Atqui *ex muliere* scriptum est.<sup>1</sup> *Orth.* Ex muliere, secundum carnem: per mulierem secundum Spiritum. *Apoll.* Proprius ille Dei Filius, quem pro nobis tradidit, quisnam est, Verbum, an homo? *Orth.* Proprius Dei Filius ille est, qui *humiliavit semetipsum, formam servi accipiens*,<sup>2</sup> et in illa servili forma traditus est. *Apoll.* Non igitur Iesus ex Maria genitus, sed per eam genitum Verbum, is est, qui semetipsum humiliavit usque ad mortem. *Orth.* Ne separa unionem semel unitam. Dixi enim, eum esse proprium Filium, qui ex ea sit secundum carnem, et per eam secundum Spiritum.

2063

6. *Apoll.* Nullus homo existit ante eos, qui aetate ipsum praecedunt: Christus autem existit ante eos, qui secundum carnem ipsum aetate praecesserunt. Non est igitur homo, nisi secundum carnem. *Orth.* Christus, si humanam naturam spectes, non existit ante eos, qui secundum humanam naturam fuerunt ipso seniores: sed quod ad deitatem attinet, existit non modo ante eos, qui secundum carnem fuerunt ipso seniores, verumetiam ante omnia saecula, ut qui sit eorum Deus. Ergo non fuit Christus ante Mariam,

PG  
28, 1267<sup>1</sup> Gal. IV, 4.<sup>2</sup> Philipp. II, 8.



γὰρ τὸ ἐξ αὐτῆς ὄν, πρὸ αὐτῆς ὑπάρχει; προὑπάρχει δὲ αὐτῆς θεϊκῶς, Θεὸς ὢν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ὁ αὐτός, ὡς Θεὸς προὑπάρχων, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς.

1272

11. Ἀπολλ. Πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατ' ἀρετὴν· Χριστὸς δὲ οὐ· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὁρθ. Ποία νεκρώσει ἐνέκρωσεν ἑαυτοῦ τὴν σάρκα ὁ Ἰωάννης, σκιρτῶν ἐν κοιλίᾳ, καὶ ὄφθεις ἐν ἀγαλλιᾷσει; Εἰ δὲ καὶ δοθείη, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατὰ ἀρετὴν, ἀλλὰ τελειωθείς, καὶ ἐν οὐρανῷ πολίτευμα ἔχων, ζωοποιεῖσθαι αὐτὸν παρασκευάζει διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ Πνεύματος, ὡς ἐν ἀρετῇ τελειωθέντα λέγειν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα ». Χριστὸς δὲ οὐκ ἐξ ἀσκήσεως τετελείεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συλλήψει ἐξ ἐνώσεως Ἐμμανουὴλ τεχθεὶς, Θεὸς ἔστι καὶ ἄνθρωπος· διὸ καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία.

PG  
28, 1281

28. [...] Ὁρθ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, Κύριος ὢν τῆς δόξης καὶ πάσης ἐξουσίας, ἐπειδὴ, Θεὸς Λόγος ὢν, ἐγένετο ἄνθρωπος, ὅλην ἀνθρωπότητα λαβὼν. Ἡ γὰρ μορφή τοῦ δούλου ὅλη ἐστὶν ἀνθρωπότης, ὡς ἡ μορφή τοῦ Θεοῦ ὅλη θεότης. Καὶ ἡμεῖς καὶ ἄγγελοι προσκυνοῦμεν αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, μορφήν δούλου λαβόντι· καὶ οὐκ ἐν μέρει τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ ἐν μέρει τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ κτίσμα καὶ κτίστην ἐν ἴσῳ τιθέμεθα· ἀλλ' ὥσπερ σύ, εἴ γε ὁμολογεῖς καὶ γοῦν σάρκα ὁμοούσιον

2064

quod ad carnem attinet. Quomodo enim ante ipsam exstiterit, \* quod ex ipsa est? Sed quatenus Deus est, exstitit ante ipsam, cum sit ipsius Deus: estque idem ante ipsam ut Deus, et ex ipsa, ut homo.

\*1269

1271

11. *Apoll.* Omnis homo ut virtute perficiatur carnem mortificat. At Christus non mortificat. Non est igitur homo Christus. *Orth.* Qua mortificatione Ioannes carnem suam mortificavit subsiliens in utero, et exsultare visus? Quod si etiam concederetur omnem hominem, ut virtute perficiatur, carnem suam mortificare, at certe iam perfectus, et in coelis versans, ipsi vivificationem parat per inhabitantem in ipso Spiritum, ut postquam virtute perfectus fuerit, dicat: *Cursum consummavi.*<sup>1</sup> Caeterum Christus perfectus non evasit ulla exercitatione, sed in ipso conceptu ex ipsa unitione, natus Emmanuel, Deus et homo est: quamobrem etiam Deipara est Maria.

PG  
28, 1282

28. [...] *Orth.* Qui Dominus est gloriae omnisque potestatis, idcirco accepit iudicii exercendi potestatem, quod cum Deus esset Verbum, factus sit homo, totam naturam assumens humanam. Forma enim servi est tota humana natura, ut forma Dei est tota deitas. Et nos, et angeli ipsum Deum Verbum adoramus, qui formam servi assumpsit: neque partim Deum, partim hominem adoramus, neque rem creatam Creatori aequiparamus: sed ut tu ipse, si quidem eum con-

2064

<sup>1</sup> II Tim. IV, 7.

ἡμῖν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκός, οὐκ ἐν ἴσῳ τιθεὶς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρίζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκός προσκυνεῖς· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσκυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτήν τῆς ἀνθρωπότητος.

29. [...] Ὁρθ. Ἄλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἑαυτοῦ σῶμα ἔλεγεν 1284 ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὃν τῇ θεότητι. [...]

[...] «Ὡμοίωται» γὰρ «κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος», ἐνωθεὶς ἀνθρωπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσία ὢν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασία σάρκα, ἀλλ' ἀληθεῖα, καὶ \*μετὰ \*1285 τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν;

#### IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE

2065 Sermo II.<sup>1</sup> I. [...] Χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χάριν δεξαμένης, καὶ PG 89, 1377 προσφθεγγόμεθα σὺν τῷ Γαβριήλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μητέρα, λέγοντες· «Χαῖρε,

fiteris carnem saltem nobis consubstantiali ex Virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exaequas, neque carnem segregas, et partem adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita et nos deitatem, quae seipsam homini univit, adoramus, nec eam ab humana natura seiungimus.

29. [...] *Orth.* Corpus ex Maria desumptum, Deus Verbum suum esse 1283 corpus dixit, quod tamen non est eiusdem atque deitas ipsa naturae. [...]

[...] *Est enim Deus Verbum per omnia fratribus suis similis factus,*<sup>2</sup> cum naturae humanae \* uniretur et adoratur Deus homo factus, \*1286 suique nobiscum coniunctionem nobis praebet, particeps factus sanguinis et carnis: idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus, natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quae ex semine Davidis est, et ex Maria Virgine, quaeque sese non phantasia, sed reipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem demonstravit?

2065 Sermo II. I. [...] Cum ea quae gaudium suscepit, gaudeamus, Deique PG 89, 1378 nostri Matrem in haec verba cum Gabriele salutemus: *Ave, gratiosa;*

<sup>1</sup> Viri docti dubitant aut negant hunc Sermonem, et subsequentem, esse *S. Anastasii Antioch.* († ca 598). Cf. Lau 169; Al 549; M. SCADUTO, in *EnC*, I, 1158.

<sup>2</sup> Hebr. II, 17.

● PG 28, 1272.